UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Quid im ad eius inuocationem morbis releuantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Visual Library

quam diuinitus nouerat, mulieri obſtupeſcente expoſuit.

Quid im ad eius inuocationem morbis releuantur.

EA erat omnium de Philippi ſanctimonia conſtans opinio, vt nõ deeſſent, qui eius abſentis licet, quaſi præſentis, opem [a] implorarent.

Patritius Patritiæ gentis cum nocte quadam increſcentibus ſtomachi, ſeu inteſtinorum dolorib⁹, quibus laborabat, mori metueret, ad Beatum Patrem mente confugit, eius opem implorat; nec irritus: totus enim is dolor continuò [b] abijt, ipſeque manè ſanus, ac vegetus è lecto exilijt.

Honeſta mulier [c] Maria Paganella cognomento, eodẽ morbo oppreſſa telæ fruſtulum [d] Beati viri ſanie, ac ſanguine imbutum dolenti parti admouens illico ſanatur.

Eandem alio tempore capitis dolore grauiſſimè conflictatam Phi-

a Sancti viri adhuc viuentes à pijs inuocãtur. Lege Marcum in Porphirio Gazæſi, Sur. in Auxentio tom. 1. Theodoretũ in Philotheo, Cyrillum in Ioanne Silentiario, Bandominam in Radegũde lib. 2 Theoſterictum in Niceta, Petrum Damianũ in Romualdo c. 70. idemq; apud alios frequenter inuenies.

b Hanc rem

lippus ſolo tactu in priſtinam confeſtim reſtituit valetudinem.

Ieſu Chriſti anno 1590 Sixti V. Pap. anno 6 Ætatis anno 76

Mœrore afflictos mirificè recreat, tentationibusq; oppreſſos omni ope iuuat.

NAtus videbatur Philippus ad afflictos ſubleuandos, tentationibusq; vexatos confirmandos; in his. n. plurimùm ille valebat. Rem vno & altero exemplo notabimus.

Mulier quædam [e] eximiè nobilis, piaque valdè grauiſſimis animi curis opprimebatur, cumque ad ſex menſes eo tentationis genere oppugnaretur, de conſilio confeſſarij Philippum adijt, cui cũ animi moleſtias aperuiſſet, eam ille intuens, lenique tactu demulcens bonæ implet ſpei: abi dicens, nihil iam erit quod te moleſtet in poſterum: Vix ille hæc dixerat, cum extemplò femina omni ea moleſtia non in præ-

iuratus narrauit P. Germanicus Fidelis, qui eã à Patritio die ſubſequenti acceperat.

c Id ipſamet iurata narrauit.

d Miracula ex ſanctorum viuẽtium veſtibus, vel cõſimilibus frequenter patrata eſſe ipſorũ hiſtoriæ teſtantur: vidi Theodoretum in Philotheo, Cyrillum in Ioanne Silẽtiario, Metaph. in Cyro, & Io-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN